

dire voluit: in eo quod dicitur tota simul significatur carentia successionis; cum vero dicatur interminabilis vita &c. significatur carentia omnis mutationis possibilis in ipso esse, quia ipsi idem est esse & vere; cum denique dicatur perfecta possessio, indicatur illam carentiam successionis esse debere non tantum in ipso esse, sed etiam in omni perfectione, & in omni aeterno acturei aeternae. Atque hoc ratione solus DEUS aeternus est, quia solus ipse habet illam necessariam stabilitatem in esse, & in omni perfectione, & interna operatione. Dico autem semper (§. 7.) in internis aetibus aut motibus, quia licet in externis aetibus aut denominationibus, que ex iis resultant, possit esse successio avarietas, hoc nihil obest verae aeternitati. Sic enim Deus creare incipit & a creando desistit. Res in tempore movet actione temporali & successiva absq; variatione vel diminutione sua aeternitatis. Sed quanquam vis deri potest minus conveniens differentia, quia non sumitur ex his, que formaliter ac per se pertinent ad rationem durationis, sed ex adjunctis & extrinsecis. Respondeatur (§. 9.) quod in objectione sumitur ex parte verum esse, etiam nihilominus dictam differentiam aptè atque sapienter à D. Thomate tradidit esse. Nam si primariam differentiam adsignare velimus, in hoc positum est, quod aeternitas est duratio per se & ab internis secundum necessaria, & a nullo pendens, & consequenter omnino immutabilis, tam per internam capacitem, quam per omnem extrinsecam potentiam, quæ omnia indicantur in illa particula: interminabilis vita &c. Ita Suarez rem hanc exponit.

Th. 5. Franciscus de Oviedo P.C. 16. p. 2. n. 1. paulò aliter mentem suam prodidit dicendo. Aeternitas Deo tantum competit, & differt à duratione successiva, quia haec non est tota simul, differt ab hac & à quibusunque aliis durationibus, quia aeternitas sive increata duratio est interminabilis, reliqua vero durationes terminum habent, quia in tempore coepiunt, imò etiamsi ab aeterno incepissent, & in aeternum permanerent, ab illis summè differret aeternitas DEI, quia ita fuit ab aeterno, ut non poterit non esse, neque posse non in aeternum permanere, semperque independenter ab omni alio subsistit, reliqua vero durationes defectibiles sunt & dependentes, & ita si contigisset alio quam ab aeterno fuisse, & in aeternum non defecturam esse, hanc perpetuam durationem haberet dependenter à voluntate DEI, qui antecedenter posset illam non producisse, sicuti de factō modo illam non produxit. Hac ratione sola DEI duratione seu aeternitas perfecta possessio dicitur,